

1. Silberling: De milite sano conservando. 1280  
2. Simon: De modo bene nascendi et bene moriendo. 1729.  
3. Singer: De perennione bellic. 1778.  
4. Spath: Carus <sup>sano</sup> Hydroporelos. 1761.  
5. Staedel: Gonorrhoea virulenta. 1685.  
6. de Staart: De venae sectione in gravide. 1749.  
7. Steink: De raga. 1757.  
8. Stegmann: De ophthalmia. 1619.  
9. Stein: De tussi stomachali humida.  
10. Steinmann: De curar cur frequenter visi praefemino  
calculatori fiant. 1721.  
11. Stiegler: De orphyrin an sic hernia rototi. 1681.  
12. Stoer: De emanatione mensium. 1864.  
13. Stoever: De febribus in genere. 1692.  
14. Stoeckli: Reconitur experientia comprobatur. 1722.  
15. Stroehlin: De relaxatione vaginae, prolapso & inversione uteri. 1749.  
16. Stuart: De recundinis - salutif. aequari noxiis. 1736.  
17. Sulzer: Historia morborum eorumdam Helvetiorum  
Endemicorum. 1780.



MEDICO - CHIRURGICA  
DE  
**ΟΣΧΕΟΚΗΛΗ**  
SIVE  
**HERNIA SCROTI.**

QUAM  
SUPREMO ADSISTENTE ARCHIATRO;  
CONSENSU ET DECRETO

*Amplissimi ac Gratosissimi Ordinis Asclepiadei in Incluta ac Celererrima Academia Argentinensi*

PRO  
Doctoralibus in Arte Medica Pri-  
vilegiis & Honoribus ritè obtinendis,

SOLENNI MORE

*Placida Philiatrorum ventilationi exhibet*

**SAMUEL STIEGLER,**  
ARGENTINENSIS.

*Die 28. Aprilis ANNO M. DC. LXXXI.  
Loco horisq; solitis.*



**ARGENTORATI,**

---

LITTERIS JOHANNIS WILHELDI TIDEMANNI.

<sup>atq</sup>  
GRATIOSO  
LIBERALIS LEGATI  
OTTONIANI  
DIRIBITORUM  
COLLEGIO.

VIRIS  
NOBILITATE GENERIS, MU-  
NERUM AMPLITUDE, CONSI-  
LIORUM GRAVITATE, REVERENDA DIGNI-  
TATE, JURISSCIENTIA, MEDENDI EXPERI-  
ENTIA, RERUM GERENDARUM PRUDENTIA,  
ET PRÆCLARIS IN PATRIAM MERITIS  
EXCELLENTISSIMIS.

DNN.

PATRONIS, GRATIOSIS,  
MECOENATIBUS SUMMIS, EVER-  
GETIS ATQUE PROMOTORIBUS SUIS  
ÆTERNUM DEVENERANDIS.

*Pro favoris & beneficiorum hactenus exhibitis  
tesseris porro continuandis*

HOC GRATITUDINIS MONUMENTUM PIO, OBSEQUIO-  
SO ET OFFICIOSO ANIMO CONSECCRO

SAMUEL STIEGLER, Argent.

MAGNIFICI, DOMINI GRA-  
TIOSI, MECOENATES  
SUMMI.

**Q**uemadmodum ingenui est  
animi, cui plurimum debeas, eidem plus-  
rum velle debere: ita quam prompte, quam per-  
quisite ad persolvendum officium quisque feratur,  
unicuique est elaborandum. Evidem, tametsi  
successu non peraque commodante, singuli ad gra-  
tias agendas accinguntur, sua tamen cuique con-  
scientia calculo damnari hactenus, vel absolvit suf-  
ficit. Inauguralis hujus Disputationis tenuitas  
labore suo tantopere freta non est, quantopere VIR-  
TUTEM VESTRAM, BENIGNITATEM-  
QUE, eminentibus exemplis conspicuam, admi-  
ratur. Tendebat hic illius conatus omnis, ut  
quicquid in ea pro viribus ingenii disponitur, non  
tam utilitati inserviret, quam officii eis contestan-  
dæ gratitudinis qualemcumque speciem signaret.

Liceat

publicum BENEFICENTIÆ VESTRÆ  
notas, quatenus repræsentanda illius occasio sub-  
nascitur, hoc solum INDULGENTIÆ VE-  
STRÆ annumerare, quod pro BENEFICIIS  
VESTRIS gratias agere, quod per VOS non  
penitus ingratis esse licet. Suscipe igitur VIRI  
GRATIOSISSIMI ET PATRONI MA-  
XIMI, sereno vultu, animi, meritis VESTRIS  
eternum dedit, levidense pignus, quod ipsum, dum  
ad VOS affectat viam, cetera quoque humani-  
tatis VESTRÆ rationibus in tantum provisa  
fore confidit, in quansum BENIGNI quique  
MECOENATES hujuscemodi pietatis profes-  
sioni gratiōe suffragantur.

# I. N. D. N. I. C.

## CAPUT I.

*Genealogiam Ὀχεοῦλης seu Hernia Scroti  
nominalē rimatur.*

**N**E spinosam atque obscuram propositi nostri affectus Disquisitionem, illotis, quod ajunt manibus, aggrediamur, quædam de Onomatologia seu Nominis ratione, ex methodicæ tractationis lege præfanda sunt. Quoad I. Etymologiam; Affactus noster a Gracis Ὀχεοῦλης, seu Hernia Scroti nomine insigniter, quod compositum est ex vocabulo ὄχεον, ὄχειον vel ἔχη bursa, vulgo scrotum aut scortum; & κύτη, hernia, à verbo κυτέω noceo, quia est affectus maximè inferens nocumenta. Alii deducunt à verbo κυτάσσω, mulceo; verum satis inepit. Quid enim nomen hoc commune habeat cum illo έπειγο non video; nisi forsitan κατ' ἀρτίσασθαι id velint ab illo verbo denominari, quod talis affectus mentem ægrotantis minime mulceat. Latini Herniam Scroti appellant, cuius vocabuli Hernia, originem nonnulli cum Valeſt. de Turani. Philon. l. 1. c. 8. deducunt ab hæreo, eò, quod fortiter patientibus adhæreat, quo separationis difficultatem adhæſionisque tenacitatem monstrari opinantur. Scalig. in Catal. nominis illius natales petit ab ἐρεῖο, ramus, forsitan ideo, quod prolapsus intestinorum in Scrotum aliquo modo ramum repræsentet, unde & Ramicem affectum nostrum nominat. Cornel. Cels. quem Hippocratem Latinum vocant, Herniam dictam vult. l. 7. à duritate pellis, quæ sit post descensum intestinorum in bursam. Hernium enim durum dicitur, tractum à Sabinorum lingua, qui Hernia saxum nominant; unde nonnulli Italiae Populi Hernici, ab asperitate loci appellati sunt. Vid. Matth. Martin. Lexic. Philolog. Verum enimvero talis durities non in omni

A

Ὀχεο-

'Οχεωνία reperitur, sed in ea solummodo, in qua intestina scyphalis induratis aut flatibus, quibus Herniosi abundant, ita repleta sunt, ut nullo amplius conamine reponi queant, sicque faxi instar, in scroto permaneant. Alterum vocabulum *Scrotum* nimirum aut *Scorūm*, ideo à Veneranda Antiquitate sic appellatum est, quod sacculi coriacei, quem Veteres scorrum dicebant, similitudinem referat: Hinc scortei numeri qui fiebant ex corio, teste *Archang. Piccolomini. Praedict. 3. Praedict. Anatom.* *Bursa* etiam vocatur à figura, quod bursæ instar corrugetur & complicetur. Vid. *Plazzon. de part. generat. l. I. cap. 7.* Quoad II. Homonymiam 'Οχεωνία seu compositum, vi ipsius nominis sumitur juxta nonnullos vel Generaliter, pro quacunque Hernia in oscheo subsistente: hinc etiam Ὀροκήλη, παροκήλη, φυσοκήλη, πνευματοκήλη, σφρακήλη, &c. sunt 'Οχεωνίαι. Alii vero magis Specialiter accipiunt pro ea saltem Herniarum specie, quæ ex intestinorum vel omenti prolapsu in scrotū oboritur. Vide *Sennert. in Praxi Malach. Geiger. Kelegraph. c. I. &c.* quorum sententiae nos quoque subscribimus. Similiter 'Οχεωνία simplificia varie sumuntur ab Autoribus. Quibusdam enim ὄχεον, ὄχεο- vel ὄχη, bursa, nihil aliud est quam extima & communis testiculorum tunica, similis sacculo coriaceo, mollis, rugosa, futura media distincta, ex cuticula & cute conflata, pinguedinis expers, ut sit amplior, & eo facilius extendi queat, quando testiculi, (quæ corpora sunt ovalia, substantia instar frittillæ fagopiraceæ, duabus tunicis propriis, albuginea & vaginali, donata, quarum hæc à musculo cremastere fibras suscepit carnosas, ob quas tertiam tunicam rubicundam iis addiderunt Autores) semine turgent, aut sunt inflati, aliove tumore conflictati. Confer *Venerabilem Senem nostrum Melchiorēm Sebiziam* jam ērācios Spec. Medicinal. part. 4. sect. 9. p. 1428. Thom. Bartholin. Anat. renovat. p. m. 210. Alii vero per ὄχεον non extimam solum testiculorum tunicam rugosam, (sub qua nonnulli etiam tunicam ἀπέρδε ex panniculo carnoso enatam, fibrisque plurimi membranis vaginali connatam comprehendunt) verum præter illam intelligunt & propria testiculorum integumenta, quæ utrinque quemlibet testem involvunt, sicque cum communi integumento unicum constituunt scrotum, et si deinceps

incepit affectus p. n. in eo generantur, Generali vocabulo affectus τῆς ὥρης appellantur, unde Practici tractaturi de Hernia omentalii, intestinali, ventosa, aquosa, varicosa, carnosa, &c. etiam hunc titulum iis præfigunt, patiturque sic scrotum morbos non solum in communii integumento, inflammacionem nempe, excoriationem, gangrenam, pruritum &c; sed & in propriis utri modo dictum; & hanc significationē τῆς ὥρης etiam nos retinemus, quam calculo nostri Hippocratis Coi, qui (judicante Roderico à Castr. Medic. Polit. c. 6.) nobis instar mille Autorum esse debet, confirmamus, quando lib. de intern. affect. sect. 24. Edit. Lindan. §. 25. Ita scribit: οὐ δὲ τὸ εἰδῆμα καθεγοῦντι τῷ ὥρᾳ, καὶ τοῖσι μηροῖσι καὶ τῷσι κύνεσσι, καταχάντι ἔξετρον μαχαιρίῳ πολλὰ τυντά. Rursus lib. Περὶ νετῶν sect. 69. §. 15. ubi hæc verba habet: καὶ τὴν ὥραν ἀπούπλει ἐπήντα μέτρα: quæ certe loca explicari nequeunt de tunica rugosa τῆς ὥρης. Alterum quoque nomen Κύλη, Hernia, in dupli significatione apud Autores offenditur: I. Generali, ut apud Veteres, iisque omnem significat tumorem, quacunque in parte constiterit, sive in gutture, sive in umbilico, sive in scroto, sive etiam in inguinibus: unde facta nomina, βροχοκύλη, διφαλοκύλη, ὥρηκύλη, βιβανοκύλη, nimirum à partibus, quibus tumores isti insunt. II. In Speciali, ut hodie accipitur, non amplius pro quovis tumore, sed tantum pro ramice sive hernia; quam & nos foveramus. Quod III. Synonymam: Ὀξεοκύλη aliter dicitur Ramexintestini, quamvis alii teste Galeno. Metab. Med. cap. 17. Sarcocelen ramicem vocant: item Procidentia, Protuberantia, Enterocèle, Eminentia. Barbaris Medicis Scriptoribus, Crepatura, Fissura, Scissura & Ruptura nominatur, quamvis non semper ruptum sit peritonæum. Populares nostri apto sati vocabile vocant einen Auffall/Einfall des Darmes/Bruch/Weid/Bruch (vom Eingeweid) oder Herniam testiculi: aut sati verecundè einen Leib-Schaden / licet alii adhuc affectus hoc titulo insigniantur. Si omentum prolabitur, einen Nez/Bruch.

## CAPUT II.

### O $\chi$ εονήν Definitionem Realem proponit.

Cognito jam nomine, proximum est ipsa affectus nostri penetralia ingredi, & ante omnia primo Definitionem brevi perspicuitate in medium proferre, ut ex ea, quisnam affectus status, quae conditio, omnibus innoteat, ne eā omissā Cimmeris in tenebris palpemus, & cum cœcis de colore judicemus. Definimus affectum nostrum hoc modo. O $\chi$ εονήν seu Hernia Scroti, est tumor præter naturam, ab inteslinis, omento, vel utrisque simul in ὀχεον̄ prolapsis, ob peritonei, aut muscularum abdominis oblique descendantium & transversorum ἀπορυζάσθεν, ruptionem, vel relaxationem exortius, actionum lesionem inferens. Genus constituimus Tumorem p. n. ut statim patesiat affectum nostrum morbum esse, quia res p. n. sive excludere tumores naturales, e. gr. graviditatem in mulieribus, elevationem item mammarum lactantium à copia lacticis in insignem magnitudinem; tales quippe tumores lege naturæ fiunt, actionesque minimè lèdunt, nisi forsitan modum enormiter excedant. Qum vero Tumorem varie ab Autoribus definiri videamus, dum eum alii per morbum in magnitudine aucta definiunt, ut Galen. l. 13. Meth. Med. c. 1. alii vero per eminentiam magnam, ut Avicenn. l. 1. sen. 2. doctr. l. c. 5. aut per affectum p. n. ex triplici morborum genere, intemperie scil. mala compositione & continuo solutione compositum atque connexum, ut Paracelsus l. 6. c. p. 1. &c. non abs re fore arbitramur, si mentem nostram hic clarius explicemus, quidq; per tumorem hic velimus, indicemus. Dicimus autem Tumorem esse affectum. p. n. à corpore aliquo oscheum attollente, & actiones illius lèdente excitatum, magis vel minus pro ratione quantitatis aut qualitatis illius. Qualis autem morbus dicendus sit O $\chi$ εονήν, jam videbimus. Qui scrotum juxta intumescientiam præternaturalem considerant, pro Morbo Organico compositionis in magnitudine aucta habent. Vide Clariß. Hie-

7070

ron. Pulverin. Art. Med. c. 100. item Duncan. Liddel. Art. Med. l. 3.  
cap. 14. &c. Qui ad intestina aut omentum dislocatum re-  
spiciunt, ad morbos *in situ* reducunt. Confer Joan. Riolan. de morb.  
intestin. p. m. 218. Winckelman. Tab. 2. ad Instit. Sennert. &c. Nos, salvo  
interim aliter sentientium judicio, *Oxeoniam* nostram etiam  
morbis solutionis continuo annumerari posse existimamus, quia in  
Hernia hac peritonaei processus tunicae, ut & abdominis mu-  
scorum obliquorum & transversalium nervosae appendices,  
ubi dictus processus consistit, ab omento, aut intestinis protu-  
berantibus, vel rumpuntur, vel dilatantur, siveque partes, quæ  
decebant esse coniunctæ & contiguæ, separantur a se invi-  
ceme, nunc magis nunc minus, pro quantitate & qualitate rei  
contentæ, quæ hanc disjunctionem causatur. Vide Excellen-  
tissimum atque Experientissimum Virum Dn. Johannem Albertum Sebi-  
zium, Med. D. Prof. Po. Decanum Speciatissimum, nec non Reipublicæ  
Patriæ Archiatr. Celeberrimum, Patronum, Praeceptorem atque Pro-  
motorem omni observantie cultu suscipiendum, in Disputatione habita  
Argentorati Ann. 1669. de Tumor. p. n. Quæst. 33. &c. Cum vero  
aliij adhuc tumores. p. n. in corpore nostro reperiuntur, qui  
etiam ob analogiam, quam cum affectu nostro habent, κιλαι  
appellantur, aut easdem primo intuitu repræsentent, ad Sub-  
iectum determinandum in Definitione posuimus Herniam ipsi-  
us Scriti. In Collo enim si talis tumor apparet, dicitur βρο-  
χοκηλη, Struma, Hernia gutturis, eti. Kropff / quæ apud eos  
morbis endemius est, qui Styriam, Carinthiam, Tyrolen-  
sem Comitatum, mothesque Alpinos inhabitant, propter ni-  
valium aquarum potum, argenti vivi minera imprægnata-  
rum. Vide Joann. Lang. Epist. Med. l. 1. Epist. 43. Quando in Ven-  
triculo tumor oboritur, vocatur Hernia ventriculi, ut apud Hil-  
dan. Tom. I. p. 539. In Umbilico, si aniradvertisit, appellatur εγ-  
ερωκηλη, Hernia umbilicalis, Nabel. Brich / quæ mulieri-  
bus ventricosis, dum adhuc uterum gestant, aut dum pariunt,  
frequens est. Miræ magnitudinis talis Hernia annotavit  
exemplum Ielix. Plater. l. 3. Obs. p. m. 759. Rursus pro ratione  
materiæ contenra est vel ῥηπόφαστος, quæ hydropticis fami-  
liaris. Vide Hildan. cent. 1. Obs. 47. vel Pneumatophalos, vel  
denique Hematophalos, qualēm vide Coiter. l. obs. Anatom. &  
Chirurg.

Chirurg. in virgine quadam 35. annorum mortua sesta. In inguinibus, si tumor appetat, nominatur, vel *Ba<sup>β</sup>arokn<sup>η</sup>*, Hernia inguinalis Leisten. Bruch / Schlier. Bruch / vel Bubo simplex, qualem describit *Tineus Guldenclee.* l. 6. de morb. part. extern. cas. 5. vel simpliciter glandularum tumor, die *Wachsknollen*, qui pueris saepius accidunt, vel Bubo gallicus, eti<sup>m</sup> *Schlier*. Hinc pessime Barbiton for ille apud *Marchet.* in obs. Chirurg. 55. in homine tenuioris fortunae Bubonocelen, venereum bubonem credens, sectione annuente ægro curare volebat, qua perpetrata, protuberantibus fæcibus in lipothymam incidit æger, quem tamen brevi temporis spatio Marchett. restituit. Denique non raro verus testiculus in inguine latet naturaliter ad certum usque tempus, Herniaeque imminentis metum incutit. Non ita pridem (*inquit Doctiss. Riolan. de morb. intest.* p. m. 270.) vidi testiculum, quem natura à prima constitutione in inguine collocarat, cuius descensum procuravimus, caplasmate, semicupio emolliente. Confirmat hoc etiam *Kerckring. sive leg. anatom.* obs. 13. exemplo cujusdam gemmarum politoris filii. Stolide igitur Circumforanii & Ciniflones, item medicastræ Vetus, tales minime defectuosos castrationi subjiciunt, vel medicamentis repellentibus, aut ligaturis dolorificis frustra fatigant, tanquam Hernia incompleta laborantes: Exempla vide apud *Malach. Geiger. Telegraph.* cap. 3. c. 6. Quod autem præter processuum peritonæi tunicas etiam obliquorum muscularum abdominis & thoracis laedantur, clare demonstrat *Galen.* l. πει τῷ πατέρᾳ φύσιν ἔχων. c. 16.

### CAPUT. III.

#### *Causas Oxyoronias producit.*

**C**um Causarum cognitione Medico summe necessaria sit, ut satis hoc demonstrat elegansissimus *Fernel.* l. I. c. II. patholog. &c. etiam nos ordine in Civitate Medica recepto, eas nunc proponemus. Sunt autem *Cause* duplices, *Interna* nimurum vel *Externa*; quæ rursus vel *Necessario*, vel *non necessario* nos attingunt. Illæ similiter duplices, vel *Remota*, vel *Proxima*, *Externa*.

tum

rum Necessario, tum non Necessario nos alterantes sunt omnia ea, quæ-  
cumque in saepius dictorum processuum peritonæi & nervo-  
farum abdominis obliquorum musculorum appendix disruptionem aut relaxationem ita conspirant, ut levi deinceps  
accidente causa disruptio illa aut vel laxatio facilime inferatur, & sic statim intestini, omenti, vel utriusque simul descen-  
sus in Scrotum insequitur, & immediate ἐχεσθῶν efficiant. Ad  
horum classem ab Autoribus referuntur percussio, lapsus ab  
alto, equitatio durior, hastilidium, saltus phantasticus, diu-  
turnum natandi exercitium adversus flumen, gravioris one-  
ris gestatio aut subita elevatio, ploratus nimius infantulo-  
rum, crurum divaricatio, retentio anhelitus, exercitia vio-  
lenta, balneorum usus frequens uti in nephriticis, quibus bal-  
nea aut infessus ex anodynis & emollientibus parantur, quæ peritonæum mire lubricant. Vid. Hildan. cent. 6. Obs. 69. vene-  
ris nimium exercitium maxime super repletione, vita seden-  
taria, quæ varios humores frigidos cumulat, frigidumque  
temperamentum producit: potus item cerevisia nondum  
defœcata, austrina aëris constitutio, tubarum inflatio, vox  
stentoreæ, unde natum illud πολυθρύλαντος, tubicines atque  
cantores vel phthificos, vel cœcos, vel herniosos fieri. Ster-  
nutatio etiam magna præprimitis in compulentis, item fructus  
σφελος Symholum suum hoc conferunt. Causæ internæ Remota  
funt viscerum dyscrasia aut nativa imbecillitas, mollities &  
teneritas peritonæi & inguinum: hinc pueri, si interdum, ni-  
mis quam par est flet, aut spiritum aliquo modo contineant,  
protinus herniosi fiunt, & deinceps intestina delabentia, aut  
flatus interclusi vix sanabiles hernias pariunt. Innatae hu-  
midioris complexionis exemplum adducit Hieron. Capivacc.  
Consil. 38. de Illustri Barone. Hoc etiam præstant omenti ma-  
gnitudo aut longitudo, vel etiam alii morbi prægressi, ut  
russis ferina, vomitus violentus in quadratis, cruciatus colici  
apud Barthol. Cent. 6. Hist. 70. diarrhoea: apud Salmuth. cent. 1. obs. 30.  
excretio dura humoris pituitosi, crassi & viscidæ in studio-  
so illo apud Fabric. Hildan. cent. 6. obs. 69. &c. Causa internæ Pro-  
xima Ὀξειανὸς est ipsa Ruptio aut Relaxatio processum peritonæi,  
aut musculorum abdominis ἀπενεγόσθων. Quo vero magis

appa-

appareat, quomodo dictarum partium laesio fieri possit, quædam ex Anatomicis hic inferenda sunt. Circumtenditur intestinis omnibus Peritoneum, & non rite assertivæ dictum, cui, veluti sacco, omnia abdominis viscera includuntur. Est membrana duplicita, mollis quidem & tenuis, attamen densa ac valida, ad sustinendum pondus incumbentium sibi inerecto homine viscerum, saepius etiam supra mensuram distentorum. *Processus* habet binos oblongos, tanquam fistulas vel canales laxiores, in viris descendentes in scrotum per foramina tendinum muscularum obliquorum & transversorum, in quibus productionibus, vel didymis, uti vocarunt Veteres, vasa seminaria descendunt & recurrent, atque prope testes processus hi magis explicant, sicutque testium tunicae. Hujus exterior tunica si dilatatur, & interior (quæ priori artissimè adhaeret, nisi juxta os pubis, ubi se jungitur) rumputur, Osceole fit, prout intestinum, vel omentum, vel utrumque illabitur. *Atareus* obliquorum & transversorum abdominalis muscularum, sunt extremitates excarnes eorundem, incipientes ad lineam illam, quam *Spigelius* Lineam semilunarem appellat. Has muscularum extremitates in viris utrinque peritonæi processus ad testes excurrens, in mulieribus vero uteri ligamenta vermiciformia, transeunt, eoque transitu nimis dilato, aut rupto, (uti superius indicatum) si omentum vel intestina in scrotum excidant, affectum nostrum generant. Pervadit autem *Processus* tendines non directe, sed alternate, ita, ut incipiat à tendine oblique descendantis versus spinam anticam ossis Ilium, deinde digiti distantia perforatur tendo obliqui adscendentis, postea juxta inguen pertunditur tendo transversi. Ita autem perforati sunt tendines ne præcipiti lapsu rueret intestinum aut omentum in scrotum: sunt enim prius effringenda hæc foramina vel dilatanda. Ruptiorem ceu *Oxyconus* causam proximam non admittit. *Dochimus* alias & *Experientissimus Chirurgus Fabricius Hildanus*, Epist. ad Doring, si ait, disruptur peritoneum, id ut circa foramina abdominis fiat, (quæ tamen productiones potius dicendæ) necesse est: alioquin nunquam neque omentum neque intestina in scrotum descendenter: at rupto ea in parte peritoneo, frustra fieret in sectione Herniarum

rum ligatura atque constrictio vagine, simul & abscessio testiculi: peritoneum enim cum sit corpus membranous, nomine disrupto illa partes disruptas ita retrahi ut amplius conjungi & ligari minime possint, existimes? Deinde peritonaeum dilatari, non autem disrumpi Autopsia Medica fidem facit. Aliquoties enim in Herniosis post obitum precipue insene (de quo Obs. 65. Cent. 2.) qui insigni Hernia Intestinali per multos annos laboraverat, ea qua fieri potuit diligentia locum affectum perlustravi, nunquam tamen quicquam aliud preter dilationem peritonaei observare & referire posui. Verum huic Hildani objectioni respondemus distinguendo inter processus peritonaei interioris tunicae disruptionem, & exterioris relaxationem. In omni οχεοκήλῃ interior tunica dicti processus necessario disrupitur, exteriori duntaxat relaxata: hinc Hieron. Capiyacc. Prax. Consil. 49. scribit: quare nunquam fit epiplocele, aut enterocele, nisi disrupto peritonaeo è regione foraminis, per quod vasa sub ipso viam sibi acquirunt in scrotum. Vid. etiam Experientissimus Paul. Bartlett. cap. 7. Chirurg. p. m. 27. Neque absurdum est, hic idem fieri posse, quod in Anverismate. Neque enim ἀνείσθια fit utraque arteriae tunica rupta, sed interna saltem patente, externa vero dilatata. Deinde Hildani Autopsiae opponimus Autopsiam Frideric. Hoffmanni Meth. Med. l. 2. c. 2. qui ibidem de Christophoro Heidenio Hernioso mortuo refert, quod in corpore eius ad inspectionem aperto observaverit prolapsum intestini ilei intorti in scrotum, cum dilatatione externae tunicae peritonaei & internae ruptæ & dilaceratae. Utique aliquid ponderis haberent rationes Hildani si in οχεοκήλῃ processus peritonaei externa tunica simul disrumperetur, aut etiam tunicae, ubi testiculum involvunt, dilacerarentur, quod quandoque fieri posse non negamus.

## CAPUT IV.

### De οχεοκήλῃ Differentiis.

PRæcipue Differentie nostri affectus desumuntur. I. à quantitate continua seu magnitudine, juxta quam οχεοκήλη est vel monstrosa magnitudinis, ut illa apud Schenck. l. 4. obs. fol. 597.

B

item

item Jacob. à Meekren. append. obs. Chirurg. c. 5. Plane simili exemplo præterito anno bibliopœgus quidam in Nosocomio nostro perit, qui Ὀχεοκήλη modii magnitudinem referentem interque crura propendentem, paucis ante obitum horis Lithotomo ibidem monstravit: Vel accedit ad magnitudinem capitatis virilis: Vel ovi columbini, ut illa in Colleg. N. C. ann. 4. obs. 60. descripta: Vel tam parva est, ut vix cognoscatur etiam artificiosa conjectura instituatur. II. à quantitate discreta seu multitudine, cuius ratione alia est simplex, alia duplex, quæ nautis frequens. III. à causis: hinc alia agnoscit causas violentas externas, alia vero internas. IV. à subiecto: alia consistit in illa cavitate præternaturali, quæ ab omenti, vel intestinorum, validiori appulsi efformatur inter tunicam πλυτροειδῆ & ἐρυθροειδῆ, pro ratione contentorum: alia occupat cavitatem. p. n. tunice πλυτροειδῆ & διστῆ. V. à duratione: nam alia est in veterata, ut Hernia illa vicennalis solo pondere molesta, ex decubitu Ilei & Epiploei in scrotum apud Theoph. Bonet. Anatomi. Præd. l. 13. sect. 29. obs. 13. alia recens. VI. ab adjunctione: alia enim existit cum hydrope: Vid. Petri. Foresti. l. 29. obs. 44. alia cum vertigine & morbo gallico, ut apud Faventini. cons. 28. alia cum omphalocele, hydrocele & sartocele: alia cum omenti, intestinorum, ut & vicinarum partium gangræna. VII. à peculiari quadam proprietate, juxta quam familiae cuiam familiaris est, quemadmodum Hernia illa Gentilicia apud Ballon, Epidem. p. 242.

## CAPUT V. De Signis Diagnosticis.

Cognoscitur Ὀχεοκήλη ex præsentia tumoris, item distensione processuum peritonæi, doloris exasperatione ad Lumen mutationes, intestinorum vel omenti relapsu ad abdomen ægro resupinato & quidem cum murmurte. Tumor nunc major nunc minor apparet, imo aliquando prorsus evanescit, sed minima corporis motione revertitur; & quamvis omentum aut intestina protuberent, attamen digitis absque dolore in priorem sedem reducuntur, nisi fæces aut flatus impedian-

que

quæ Herniæ dolorem augent, & subverso stomacho vomitum biliosum excitant. Intestinum delapsum aut stercore inclusa digiris interdum sentiuntur: tumor clamore, satietate, vel pondere, crescit, frigore contrahitur; scrotum est rotundum tactu lene, & si comprimitur, ad inguen revertitur, demissumque iterum cum quodam murmure devolvitur. *Aruptione*, malum si originem traxerit, intestina subito in scrotum descenderunt, & plerumque causa aliqua præcessit externa: Sin verò à relaxatione, intestina aut omentum, sensim & sensim ad scroti fundum pervenerunt. Quando ex intestinorum decubitu Procidentia orta est, tum tumor non perpetuus erit, doloris aderit vehementia cum fæcum iuterclusione: quando vero omentum prolapsum malum hoc intulit, minor moles apparebit, percussus tumor sonum non edet, minor quoque moles aderit. Quia vero aliis adhuc tumoribus p. n. cava-  
tes præternaturales Herniæ nostræ occupari solitæ obnoxiae sint, non superfluum erit, *Signa Diagnostica* jam recensere. *Differit* itaque Ὁξεων ἡ Σαρκοειδής *Gleisch*. *Bruch*. *Gleisch*. *Carnöffel*. I. *Ratione cause effientis*, quæ in Sarcole est sanguis purior, ad testes & scrotum affluens, sensimque ex membranis vasorum exstillance, qui postea à natura nunquam otiosa ne putrefaciat, in substantiam carni similem mutatur. II. *Ratione forma subsistendi*: Sarcocele namque est tumor durus, gravis & obscurus, qui longiori tempore pedetentim increvit, sine inguinis tumore afflidente: plerumque cernitur in testiculo dextro, quod natura sanguinem per venam ejus seminalem à cava ortam commodissime ad testes depellat. III. *Modo curationis*, qui instituitur per V. S. lienis deobstructiones, massæ sanguineæ depurationem &c. quæ omnia longe aliter se habere in Ὁξεων partim ex superioribus constat, partim ex sequentibus apparebit. *Discriminatur* etiam affectus noster ab Ὑδρωκής *Wässer*. *Bruch*. *Wässer*. *Carnöffel* / quod in hac tumor perpetuus sit, nec impulsus ad abdominis interiora redeat: præterea tumor mollier existit, pulsatus resonat, pondere levius, & apposito lumine perspicuis. *Diflat* etiam à *Krebsen*, Hernia varicosa, Germanis *Ader*. *Bruch* / vel die knößlichen *Krämpff*. *Ader* / visu & tactu. *Visu*, quia ἔχει si extenditur, lividum

apparet: Taetlu, quia venæ sunt turgidæ & capreoforū more intortæ & conglomeratæ. Differt & à spermatocele in hoc, quod vasorum seminalium in scrotum delapsus, item eorundem tumor, dolor & durities obseruetur: Vedit enim Hildanus Bresbyterum quendam, cui vasa spermatica veluti in lapide induerant. Rursus diffat à Pneumatocele Wind. Brach, tumore scroti tensivo, qui tamē non gravat, & flatus, si scrotum manibus prematur deprehenditur, deque loco in locum mouetur. Differt deniq; ab Hygrocele seu Hernia humorali (quam alii ad apostemata scroti, vel testiculorum rectius revocandam censent) taetlu, rubidine, pulsatione, inflammatione & doloris incremento: tales enim tumores in scroto sœpe observantur, maximè in solutionibus morborum Chronicorū: hinc Forest. lib. 27. Obs. 27. de viro quodam nobili scribit, quod, cum ex febre diu decubuissest ad hec tam declinante, cumque mense Octobri à se curatus fuisset, sub fine mensis Novembbris iterum in febrem inciderit, & postea in Hernia humoralem: Vid. & River, in obs. 3. Bened. Sylvas. cent. 3. conf. 77. Barthol. in. cent. Hist. Anat. 64. &c.

## CAPUT VII De Signis Prognosticis.

**A**ntequam ad ipsam Curationem pedem nostrum promoveamus Prognostica quædam in medium proferemus, mores moniti Cui nostri quod in Prenot. sect. I. §. 6. habet: nū δέ θεωρία ἀπέστι ἀνθεοτρόποις τὰ ἔργα εἰς τὸν τραγήτων. Curatur autem οὐχοκάν vel facile, vel difficulter: vel nullo prorsus modo. Facile medelam suscipit Procidentia puerorum, quia ipsorum humidum radicale adhuc inexhaustum, nec humores tanta acrimonia seateant, ut glutinationem impedire possint. Facile etiam sanantur Herniæ puerorum ex relaxatione à superflua corporis humiditate, quia paulatim peritonæi processus resiccantur, aucto calore. Præterea bene sperare licet de Procidentia recenti, si sponte, vel levi maximum compressione, intestina vel omentum in abdomen reducan.

ducantur, ipsa natura in subsidium & vicariam operam quotidie succrescente. Facile item curatur Epiplocele, quia induratis faecibus omentum non potest impleri quemadmodum intestina, neque etiam ita intorqueri. *Difficulter* Curationem admittunt Herniae inveteratae in ætate proœctiori constitutis, (senibus) in quibus omnes alii morbi graves & fere incurabiles sunt, propter caloris nativi & humidi radicalis diminutionem. Hinc cura perfecta non est tentanda, quam omnino fieri non posse arbitramur cum *Hildano*, quia membra illa tenuis & nervosa obsiccitatatem naturalem non ita facile reuniri possit; ideoque Cura palliativa (ut in foro Medico loquimur) hoc est, quomodo præcavendum, ne malum ingravescat, sicutque graviora symptomata insequantur, exercenda est. *Difficulter* sanatur *Oxyrhynchus* Castratione. *Castrato-*res enim dum timet, ne Curatione absoluta superstes sit Relaxatio, quam vocant *Ober-Brunck* / violento tractu peritonæi processum à partibus quibus adhæret, divellunt, unaque nervum à sexta conjugatione, qui ad testem pergit, eandemque vim vasis spermaticis inferunt, quibus ex rebus dolor excitatur ingens, convulsio, hæmorrhagia, inflammatio, putredo, ac denique mors ipsa: *Difficulter* Curatur quæ in sinistro latere exorta est, tum quod ibi colon convolutum desinit in rectum, tum quod multa intestina tenuia incumbunt, quæ si procumberent, facile intorquerentur, & convolvulum accelerarent. *Nullo* prorsus modo sanantur *Oxyrhynchus*, quibus graviora supervenerunt symptomata, qualia sunt cibi fastidia, singultus, singultuofæ febres, faecum vomitus, partium inferiorum gangrenæ, virium dejectio: Etsi enim Herniotomi tunc rectissime secuerint, postridie tamen æger certissime morietur, sicuti passim talia exempla ab Autoribus observata inveniuntur. Hernia scroti cum pertinaci intestinorum obstrukione semper est lethalis. Quando ex crescencia aliqua carnosa, seu potius carnositas fungosa, supra os pubis in meatus initio intestinum circa meatum involvens, membranisque vicinis firmiter adhærens, ruptoque peritonæo, sanguinis aliorumque humorum affluxu increscens deprehenditur, malum est incurabile; quia intestina minime reponi possunt.

possunt, uti notavit Abel. Rosc. Epist. ad Hildan. cent. 6. obs. 70. Quando O<sup>r</sup>chon<sup>s</sup>ay in scroti fundo multum pinguedinis adnascitur, & intestinum vaginali tunice plurimarum fibrarum interventu firmiter annectit, semper incurabilis deprehenditur. Vid. Regner. de Graaf. lib. de viror. organis. p. 20. Hernia Scroti in quibus intestina vi reponenda, incurabiles existunt, te<sup>c</sup>te Scholast. Hollerij c. 62. p. 629 quando ita scribit: *Experientia me docuit, paulo post mori, quibus intestina reponuntur vi.* Quando intestina reposita in Herniosis loco naturali manere nolunt, adhibito etiam subligaculo, signum est lethale. Confer. Colleg. N. C. ann. 8. p. 71. obs. 43. &c. Quemadmodum vero in natura monstra sunt, ita etiam in nostro hoc affectu laborantibus accidit, ut quandoque præter omnem expectationem solius Dei, humanae vitae authoris & propagatoris beneficio convalescant, quamvis omnia lethalia ligna adsint, siatque illud, quod apud Virgilium Japis Æneid. XII. de auxilio Dei exclamavit:

*Non haec humanis opibus, non arte magistra  
Proveniunt, neque te Ænea mea dextra servat,  
Major agit Deus, atque opera ad majora remittit.*

Tale exemplum volunt esse illud Andreae Ruff Gottlaviensis. Medici Colleg. N. C. an. 4. p. 67. obs. 79. &c.

## CAPIT. VII.

### *De Methodo Medendi.*

Affectus nostri Curatio instituitur juxta indicationes, quæ à tribus Indicantibus desumuntur, nimirum à Morbo, qui est Indicans Curatorium: à Causa morbifica, quæ Indicans Præservatorium: à Virtute, quæ Indicantis Vitalis nomine venit. Morbus est ipse tumor p. n. à partium decubitu in locum alienum, sui ~~strenue~~ requirens, eò quod corpori dispositionem, quæ ex natura decreto carere debet, inducat. Causa morbifica est ruptio, vel relaxatio processus peritonæi, ut & obliquorum & transversorum abdominis muscularum ~~et~~ <sup>et</sup> rotundorum, sui προφύλαξιν postulans. Virtus, sive vires ægrotantis, sui conservationem, & si deperditæ fuerint, restorationem exoptant.

exoptant. Absolvitur itaque nostri affectus Curatio intestinorum vel omenti in pristinum locum repositione; repositorum intra abdomen conservatione: vel Sectione, si nulla alia ratione possit tolli, quorum omnium materia ex Fonte Chirurgico, Pharmaceutico & Diætetrico desumitur.

## C A P U T I I X.

### De Remediis ex Fonte Chirurgico petitis.

PRimum Iocum *Chirurgia* habet quæ varias mirasque præstat operas, quarum primaria hoc in loco est omenti vel intestini dislocati *Repositio*, quæ hoc modo instituitur. Resupinatur æger scanno pedibus in altum elevatis & parum dilatatis, coxis superiori loco positis, quo contingit sèpius ut partes prolapsæ ad pristinam sedem sua sponte redeant, hoc vero si non succedat, leniter digitis aut ambabus manibus sensim ad natale solum urgeto, manibus prius oleo vel butyro non salito inunctis, præmisso tamen clystere. Quo vero magis cito, tuto & indolenter, haec *Repositio* fiat, omnia vitentur flatulenta, & si flatus lapsum intestinum jam distendunt, (quos tumor levis, transparens, digitii percussu sonans, ut *Tympanites* ostendit) dissipentur fœtu ex decocto carminativo cum spongia, vel etiam clysteribus carminativis. Neque enim verendum est, clysmata facile in scrotum descendere & augere malum. Intestinum enim per tunicae vaginalis foramen elapsum lubricum reddunt, & flatus, quibus Herniosi abundant, educunt, quæ omnia in *Ozœnæ* summiopere defiderantur. Quod si vero accidat ut ileum intestinum, vel quid aliud procidat & descendat in scrotum, & mora ibidem ac induratis faecibus ita distendatur, ut difficulter reduci possit, clyster acrior erit conficiendus: vel ex usu erit, quod in ista necessitate subinde utile factum ab Autoribus, ut ex stercore ovillo, dulci lacte concocto fœtus adhibeatur, tum etiam idem cataplasmatis in modum apponatur, reitereturque, ut postea blandis manibus contrectatum reducatur. Utiliter quo-

quoque balnea emollientia applicantur, quo natura irritata  
id, quod clysmatibus emollitum est, facilius excludat. Ore  
præterea assumentur quæ alvum lubricam reddunt, uti bro-  
diola carnium, pingua Jura, butyrum, vel decoctum pru-  
norum &c. Si vero hæc omnia frustra tententur, ut ne sic qui-  
dem intestina restitui possint, nonnulli Autoritate *Parai* sufful-  
ti, sectionem suadent, & cultello ducū illum, per quem inte-  
stina elapsa sunt, dilatant, ut commodius postea reponi pos-  
sint. Verum enim vero operatio ista frustanea & periculi ple-  
na est, quia in tali diuturna oppilatione elapsa in scrotum, in-  
flammatione, gangræna, aut putredine jamjam corrupta sunt,  
quæ omnem restitutionem respunt; vel etiam quia intestini  
in infarcta cultro incisorio velocissime occurunt, & simul  
laeduntur, que non facile agglutinantur deinceps. Porrigit  
deinde *Chirurgia* intestini aut omenti repositi *Conservationem*  
per Perizomata, Decocta, ex siccantibus consolidantibus &  
adstringentibus parata, Linguenta & Emplastra, Cerata &  
alia. Conficiuntur autem Perizomata, alias *Bracheria*, *Brudi*,  
*Gebänder* / modo ex ferreo scuto, modo excorio, quæ mol-  
liorilino vel gossipio infaciuntur, ut tumori Hernioso impo-  
sita, eum premendo intropellant, illaque subsistentia illius  
recursum impedian. Profecto si ligatura hæc, maxime vero  
in ætate puerili legitimo tempore observatur, sola Hernias  
consolidare valet, quippe tunc temporis habent vim restau-  
rativam vigentem, & in eis non difficulter fit talis consolida-  
tio. Vid. *Forst. p. m.* 610: Quamvis enim medicamenta ad Ru-  
pturas ab Autoribus valde commendata, usu & Experiencia  
approbata, per se bona sint, magnumque in Herniarum cura-  
tionibus usum præsent, tamen cum exiguo fructu applican-  
tur, non adhibita decente ligatura, in qua cardinem totius  
Curationis consistere arbitramur cum *Monarde*, qui testatur  
quendam *Cordubensem* sola quadam ligatura artificiosa nullis  
adhibitis braccis, nullis medicamentis, omnes Hernias felicissime percurasse. Et talis quidem ligatura erat etiam illius  
Chirugi, cuius opera *Quercetanus* in *Ramicum Curatione* ute-  
batur, & quicunque Herniosus ea rite deligatus erat, violen-  
tissima quæque exercitia, tum equestria, tum athletica abs-  
que omni

que omni periculo subire posset, prout hoc etiam saepius in personis illustribus alii viderunt. Hinc etiam Regner. de Graaf. de organ. viror. p. 7. de usu Perizomatum scribit: quod nimis eorum in inventio testiculorum extirpationem adeo familiarem ita aboleverit, ut nunc vix aliquem reperias qui solum panem hominum castratione lucretur, que tamen in universum vera non sunt, nonrunt enim exercitati Herniotomi satis inde loculis suis prospicere. Decocta, Unguenta adstringentia, ut & Emplastrum, capite 9. describuntur. Verum quia ne haec quidem aegrum semper possunt restituere, in memoriam revocandum est axioma illud Medicum, quod Hippocrates sct. 8. spqr. aph. 6. habet: ὅπερ φάμακα εἰς ἕττον, σῶσηται ἕττον, δοταί σιδηρός εἰς ἕττον, πῦρ εἰς ἕττον, δοταί πῦρ εἰς ἕττον, ταῦτα χεὶν νομίζειν ἀνάτα. Subministrat itaque ultimo Chirurgia Knoloulae, Medicamenta Caustica & Aureum Punctum. Ante Knoloulas corpus aegrotantis bene est repurgandum, & si morbo aliquo prius laboraverit, virium restauratio expectanda, ut aegrotus morbo par esse possit; deinde clara die maxime vernali lectio instituitur, quamvis necessitas lege careat, interim tamen juxta Celsi. l. 5. c. 26. oportunitissimum curatione tempus vernum est, aut certe neque fervens, neque frigidum. Siquidem vulnera & nimius calor, & nimius frigus infestant, maxime tamen horum varietas, ideoque perniciosissimus autumnus est. Castratio (imploratio prius Numinis Divino, quia respericuli plena) plerumque ita instituitur. Collocatur aeger supinus ita in scamno, vinculisque constringitur, aut adstantium manibus (uti in puerulis) immobiliter detinetur, ut caput declivius sit reliquo corpore, deinde si intestina adhuc Scrotum occupent reponuntur, tumorque omnis premendo abigitur; postmodum Operator ministro imperat, ut cutim in inguine juxta illius latitudinem apprehendat, quam novacula, auctultello falciiformi secundum longitudinem incidit eosque quo indicem & medium remittere possit, quibus processum partibus vicinis annexum separat, separatum cum testiculo & vasis seminalibus per vulnus inflictum extrahit, extractum vero juxta processus principium, praefixo Retenaculo (Vor. schlag)

C

(schlag)

ſchlag) ne intestina reponita aut omentum relabantur, vinculo forti ex filo cannabino arctissime ligat, & si Procidentia effatu digna fuerit, supra vinculum processum confuit, & postea infra ligaturam forſice abſcindit, relictis vinculi extremitatibus exra corpus propendentibus, quæ ut plurimum undecimo vel decimo tertio die ſponte decidunt: In vulnus inguinis immittit turundam ex albumine ovi bene conqualata, bolo armeno, ſtuppa cannabina, ſanguine dracon: aceto, oleo rosato &c. ne haemorrhagia ſanguinis ex laſione venarum & arteriarum, aut inflammatio accedit, deinde ut in reliquis vulneribus procedit cum vulneris consolidatione, in qua ſequentia obſervat. I. Primis diebus applicat Suppuramia ex vītell. ovor. farin. tritic. lin. foenugrāc. croc. thur. gumm. ammoniac. bdell. terebinth. Ol. camomelin. lit. alb. &c. II. Imponit Detergentia ex melle. roſat. colat. resn. terebinth. farin. hord. tritic. thur. myrrh. Notandum vero est Digestiva & Digerentia ſimul miſceri poſſe, ita tamen ut illa in principio, haec in fine præpolleant. Digestivis tamdiu uititur donec pus generatum conſpicit laudabile. III. adhibet Sarcoтика ex Radic. symphyt. aristoloch. terebinth. thur. maſtib. ſarcocoll. myrrh. colophon. resn. pin. laric. Ol. hyperic. oliv. Farin. foenigr. lupin. orob. fabar. Emplastr. de grat. Dei. divin. Fernel. de minio Vigon. Cerat. de beton. IV. admovet Epulotica alijs ſigillativa ex Radic. biflora. pentaphyll. aristoloch. rotund. symphyt. Herb. nummular. plantag. perfoliat. Flor. roſ. balaufior. Cortic. grantor. calic. gland. teſt. ovor. Corall. Linguent. de lytharg. tut. pomphol. rubr. defiſcattiv. Fernel. de ceruſ. Emplastr. diapalmi. grys. gumm. elem. ſacch. ſatur. &c. Permulti reperiuntur, qui καλοτομῶν ex præſidiorum Chirurgicorum numero excludendam carent, has præcipue ob rationes: quia inciſione plures moriantur quam curentur: quod sit nimis crudelis, imo maxime turpis, dum marem effeminet & generandi facultate privet: quia aliquando ſupervenit ſpasmus & convulfio, aliquando febris, ſubinde & fluxus ſanguinis. Verum errant. Pro ſalute enim humana, qua nihil eft charius vel jucundius, & redimenda vita nulla non remediorum gerera, vel etiam cum periculo tentanda, aggredienda & perficienda, ut prudenter perſæpe exclamavit Galen. Mith. Med. l. 10.

L. IO. c. 10. ubi ( inquit ) unica salutis via est , ea licet cum periculo per-  
iclitari , quam ægrum omni spe adempta , certo perire sinere . Sic & Cel-  
sus . l. 2. c. 10. scribit , satis esse anceps experiri remedium quam nullum ,  
ubi res ad desperationem inclinat : dubiam quippe spem , certa despera-  
tione potiorem esse . Verum quidem optimam semper curandi  
rationem Medicum eligere debere . Optimam autem censet  
Galen . l. 14. meth. med. c. 13. quæ fit ~~βεργέως~~ , cito , ~~ασφαλέως~~ tuto ,  
~~καὶ οὐδέποτε~~ ~~διανότως~~ jucunde aut sine molestia . Ast quia quædam  
sunt operationes medicinales & chirurgicae , quæ cito Tuto  
& Jucundè peragi nequeunt , & tamen necessariæ sunt , ut  
morbis auferatur , licet eas exercere , nam juxta Hippocrat. scđ. I.  
apòbor. 6. & dicitur ~~τὸ τέλος νοσημάτου~~ , ai ~~τέλος θεραπείας~~ ē ~~τελείωσις~~  
~~τεργέταις~~ . Certum vero simili est per multas hujusmodi opera-  
tiones ægros ab orco quasi in lucem revocari , quibus aliás  
moriendum esset , quod quidem de Terebratione in vulneri-  
bus capitis , de Laringotomia in angina , de Paracentesi in  
hydrope , de Kystotomia in calculo vesicali , de Extractione fœ-  
tus ex utero materno , quomodo fœtum mortuum eumque  
prægrandem se extraxisse refert Cosmus Viaradel Galliarum Regi-  
na Chirurgus in suis de partu Obser. c. 4. de membrorum ampu-  
tatione insphacelo , & plurimis adhuc aliis exemplis probari  
posset . Præterea falsissimum est , illos steriles esse , Experienc-  
tia namque longe aliter de iis testatur . Constat enim salaces  
nonnunquam virgines , aut viduas cum talibus coivisse ex hac  
opinione , illos tamen steriles esse , quarum deinceps vanam  
persuasionem fœcunda proles satis refellit : Insuper nonne  
ideo Divinus Opifex binos efformavit testiculos , ut in muneris  
quod obeunt necessitate alter in alterius languentis aut defi-  
cientis , suppetias veniret . Raro siquidem unus tantum re-  
peritur , ut in Sylla & Cotta , teste Ariano : rarius tres quemad-  
modum in Agathocle Sicilia Tyranno : item Francisco Philelpho ,  
qui olim ~~τεργέτης~~ vocabatur . Vid . Fuchs . Instit . Anat . l. 4. p. 66 . Et  
talis ( inquit ) Petr . Laurenberg . Anat . p. 276 . Patrum nostrorum me-  
moria Bergomi Italia oppido fuit illustris familia Coleorum commenda-  
ta genitali hoc privilegio , quod exinde nemo prodierit masculus nisi  
~~τεργέτης~~ . Distinguimus etiam inter Castratos quibus unus fal-  
tem

tem telticulus exemptus eit, & inter *Eunuchos* sive *Spadones*, qui omnem colearum suppelle & item perdidere, & lectulis in Gymnæco apponuntur, tanquam custodes & ministri ad observandam fœminarum pudicitiam. Priores adhuc satis fecundi sunt: posteriores vero contra; hinc etiam magna mutatio fit in temperamento, in corporis mole, in voce, in colore & ornatu; quamvis hodierni Turcæne his quidem fidant, proinde iis demetant una cum coleis integrum hastam. Potest aliquo modo illorum assertio vera esse, si loquantur de Castratis in senili ætate, quia alias sunt frigidi & secchi, seminisque paucitate & frigiditate laborantes. Curatio *Ozeonius* per medicamenta *Cauistica* (per quæ Pyrotica quarti generis intelligunt, Cauteria nempe Potentialia, nam actuali cautorio non amplius utimur, quæ calore suo excedente cutim aperiunt, eamque in varios usus altissime penetrant) hoc modo perficitur. Cauterium potentiale paulo supra testiculi regionem lateris rupti, ubi peritonæi processus saccum subit, collocandum, eā quantitate, ut semi digiti longitudine & amplitudine cutem mortificando, escharam inurar, quā mox discissâ, aliud cauterium imponendum, donec cure integrè ablata pinguedo appareat, quæ forcipe discindenda eousque, ut processus vasa seminalia deferens pateat. Quæ dum biduo peragantur, vasa illa digitis à processu artificiose separando, & acu curvata filum subducendum, processusque leviter stringendus, quibus nullus planè dolor infertur. Filum postmodum successu temporis cum sponte elabatur, admotis unguentis sarcoticis caro calli instar sensim illic producenda, quæ eo facilius huic processui, cum tunica illa erythrosis, rubra, carnosa, musculosaque sit, accrescat, & sic premendo ac opplando locum deperditæ substantiæ, viam prolapsuris visceribus occludet, sique cura integre & feliciter citra castrationem absolvetur. Sed hac curandi methodo multi circumlocutores incautos evirant, dum vasa seminalia simul cum productione pyrotico identidem repetito adurunt. Cavendum igitur ne partes vicinæ depascentur, muniendas esse Emplastro quopiam, e.g. de *Sperm. ran.* aut de *Cicuta* &c. Prospiciendum

dum etiam arteria, qua irit plurime coquunt, manetque ma-  
joribus clausulis, ut loquitur Tagault. Chirurg. Instit. c. 6. de Ma-  
ter. Chirurg. quia haemorrhagiae inde ortae non ita facile suppri-  
muntur. Certe Castratio Pyrotico longe tutor instituitur à  
peritis Chirurgis: Pyrotico enim adhibito facile testi super-  
venit inflammatio vel convulsio qua ægrotum è medio tol-  
lunt, juxta Hippocratem nostrum in Prognost. exxix nai didoña atra-  
oracum, ovaridæ. Curatio affectus nostri per Aureum pun-  
ctum ita fit: Chirurgus facit incisionem supra os pubis in  
quam specillum sive cannulam immittit, illudque sub perito-  
næi processu secundum ipsius longitudinem impellit, atque  
surrigendo à vicinis fibrosis & nervosis corporibus quibus ad-  
hærescit divellit, mox & vasa spermatica cum cremastere te-  
sticuli musculo abstrahit, quibus perfectis ipsum processum  
seorsim abducit, ejusque quantum laxius est, exiguis & laxis  
forcipibus, foraminibus in medio perviis comprehendit, at-  
que acti quinque vel sex fila ducente transadigit quam proxi-  
me vasa spermatica & cremasterem musculum. Sed & iterum  
ducenda erit acus in ejus quod ex processu restat medium,  
una comprehensis vulneris labris: tum arcto nodo filum con-  
stringendum & sectione tantum ejus relinquendum quantum  
satis sit, ut extorsum è vulnera pendeat. Id filum putredine  
fensim dissolvetur ex se: nec vero ante abstrahendum, quam  
natura in ligaturæ locum carnem regeneraverit & reposuerit,  
aliás frustra omnis consumptus fuerit labor. Denique vul-  
nus detergetur, carne imblebitur & cicatrice obducetur, cuius  
callosa durities, delapsuro iterum intestino, vel omento ob-  
stabit. Vocatur autem Punctum aureum vel Punctura aurea, quod  
hiat filo ex auro facto, ut quod flexile est, neque mordet & ero-  
dit partes adstrictas, sed constringit tantum usquequo glutin-  
etur; sitque sic Curatio absque testiculi amissione. Alios ad-  
huc modos Puncti aurei describunt. Geiger. Thevenin. Operat.  
Chirurg. du Point dore.

## C 3

## CAPUT

## CAPUT. IX.

### De Fonte Pharmaceutico.

FONTEM Chirurgicum excipit Pharmaceuticus, qui nobis  
evacuantia, emplastra, cataplasmata tam emollientia  
quam adstringentia; item fortis, linimenta, cerata, pulveres,  
potiones & id genus alia, porrigit. Cum igitur O $\alpha$ γεων $\delta$ η in-  
testina scyphalis induratis infarcta sint, ut in pristinum locum  
reponi nequeant, Clysteres potius quam catapotia ex phar-  
macopolio petenda erunt, quia hæc stercore magis ex corpo-  
ris regionibus proliquent, siisque intestina adhuc magis ob-  
struunt & malum duplicant. Conscientur Clysmata ex Ra-  
diis atq. lili. alb. Herbis malv. violar. aripl. mercurial. parietar. bon.  
henric. Floribus camomill. melilot. candel. reg. seminibus lin. sanugr. hord.  
delibrat. surfur. prun. dulc. in aq. commun. decoctu. colaturæ additis  
benedict. laxativ. caſ. recens extract. pro clyster. vel hier. picr. Galen.  
Unguento clysmat. mell. mercurial. Oleis camomill. lili. alb. lumbri. ter-  
restr. & sale vulgari vel gemma. Sed si nec hisce adhibitis sterco-  
ra sequantur Clysteres acriores praescribendi sunt ex decoct.  
commun. pro Clyster. additiis Extract. colocynth. syrap. emetic. fell. taurin.  
Ol. rutac. pulv. euphorb. O. petr. admisceri quoque possunt Car-  
minativa, quia omnes Herniosi flatibus subinde vexantur.  
Externè admovetur Fons cum spongia ex Decoclo camomill. me-  
liot. seminibus sanicul. sanugr. lin. menth. cynin. anis. vel Oleo camomell.  
aneth. cynin. amygdal. d. lumbrit. terrestr. leucoj. lili. alb. terebinth. vel  
foveatur locus vesica bubula in qua emollientia prædicta ca-  
lidè adhuc inclusa continentur. Quandoque imponitur Ca-  
taplasma ex enumeratis emollientibus expressioni additis Fa-  
rina hord. fabar. lin. sanugr. oleo rosac. lili. alb. axungia anat. vel gal-  
lin. Laudantur & balnea ex emollientibus parata &c. Non  
nunquam intestinorum facultatem expultriceim stimulandi  
gratia ad faciliorem fœcum emollitarum exclusionem inun-  
gitur umbilicus Oleo colocynthidos. vel etiam imponitur Emplas-  
trum ex seminibus cataput. colocynth. succo solior. cataput. pulp. colo-  
cynth. tubymal. cucum. asin. sambuc. agrest. radic. ebul. Radicibus &  
foliis sena. helleb. nigr. aloe hepatis. scammon. terebinth. mell. despum. q. s.  
ad

*ad Emplasti consistentiam.* Jam si hisce medicamentis sterco-  
ra emollita & excreta fuerint, intestina quam primum pro-  
trudenda sunt ad natale solum, dein vero imperanda adstrin-  
gentia, agglutinantia & consolidantia, tam externa quam  
interna. Externa applicantur sub forma Fosus ex Corticibus cappa-  
granator. Radicibus prun. sylvestr. bistort. pentaphyll. tormentill. Floribus  
balauſt. roſar. rubr. Seminibus ſumach. plantag. latifol. acetos. Fructibus  
cupress. myrtill. cydon. uvis immatur. moris immatur. &c. decoctis in  
aqua fabrorum, vino austero aut lixio cinerum quercus, qui-  
bus foveatur ſcrutum ter in die. Utiliter quoque admovetur  
Fosus Ferrelii Consil. 30. praescriptus ex pſidia, balauſtis, alumine  
a Fosu imponatur Emplastrum de pelle arietina, cui addatur pulv.  
masſich. ſang. dracon. radic. oſmund. regal. oliban. terebinth. vel Empla-  
ſtrum ſelectiſſimum Felicis Plateri Tom. 3. de part. procid. p. 515. de-  
scriptum aut loco hujus Emplasti. ad Hern. Mysicht. Emplastr. de  
ſymphyt. Zvvelferi. item Emplastr. ejus ad Ruptur. Cerata quæ impo-  
nuntur parantur ex nuc. cupress. gall. balauſt. hypocift. masſich. ſym-  
phyt. pulvere perfoliat. herniar. bel. armen. ſang. dracon. pic. grec. resin.  
pin. terebinth. cum cera & oleo masſich. Nobile Ceratum ad Hernias  
reperitur Gabriel. Ferrar. Mediolanens. in ſylv. Chirurg. l. 2. p. 183.  
Ceratiū de tegula Aquapendentis. Sunt qui magnetem hiſ Ceratiū ad-  
miſſent, & limaturam chalybis devorandam dant, ut ſic à ma-  
gnete chalybſtrahatur. Verum illa Rondeletio parum prodeſſe vi-  
detur, niſi quid juvent ſiccando ſi affumantur, vel premen-  
do partem, ob pondus: ſic enim depreſſa intestinum deſcen-  
dens, nec in altum, nec foras prorumpere potest. Ungenta  
quæ illiniuntur paſſim occurruunt in practicorum scriptis:  
principue vero commendantur Unguent. Comitissæ adſtrigens,  
item Zvvelferi Pharnac. Reg. claf. 17. p. m. 751. vel quod parari  
potest ex Oleo masſich. hyper. mon. ord. cer. & Unguento Comitiss. vel  
Zvvelfer. &c. eti hoc modo rite omnia peracta ſint, geſtetur Bra-  
cherium tamdiu, quamdiu affectus conditio & neceſſitas po-  
ſtulabit. Interim ea quoque ore affumenda ſunt quæ peculi-  
ariter ab Autoribus celebrantur, qualia ſunt Potiones vulnerariae  
ſi caſtratio iuſtituta eſt, vel aliae consolidantes & adſtrigentes  
ex Sanic. nummular. alchymill. opbioglos. virg. aur. plantag. ſymph. florib.  
bus roſar. acaciar. balauſtior. cariophyllat. liquirit. cynoglos. Seminibus

anis.

anis. myrrh. nuc. mosch. &c. decoctæ in vino rubro styptico vel  
aqua communia ad tertiarę partis consumptionem, colatura cla-  
rificetur edulcoreturque saccharo, de qua quotidie mane 3ij.  
iiiij. usque adv. vij. hauriantur pro ratione ætatis. Puerulis  
castratis, qui ut plurimum aquosis & pituitosis humoribus  
scatent, præscribuntur. Species pro potu ordinario ex sarsapa-  
rill. Lign. lenti. cin. riz. quern. terr. sigill. rafur. C. C. Sem. coriandr.  
anis. ppt. &c. Sumuntur etiam Pulveres scopo inservientes ex  
Herniar. pilosell. pimpinell. confol. maj. cum saccharo rosato tabulati in  
vino rubro. Similiter conficiuntur Eleckaria, Condita, Eleckua-  
ria, Tragema & adhuc plura alia Magistralia summopere ab  
Autoribus laudata, quæ studiose collegit Venerabilis senex noſter  
piae memorie Dn. D. Melchior Sebizius, Lycei noſtri Professor, quandoam  
Primarius r̄v̄ èr̄ aylor̄, ſpeculo Medicinali. Tom. I. part. 4. ſect. 2. ad  
quem B. L. hac vice remittimus. Videri etiam potest Daniel Senn,  
l. 3. prax. part. 2. ſect. 1. cap. 6. Quæ haſtenus de Ὀξεωνῆα ex in-  
testini decubitu dicta ſunt, applicari quoq; poſſunt Ὀξεωνῆα &  
omenti prolapsu ortæ: iidem enim in ejus curatione ſunt sco-  
pi. Primo videlicet reducendum eſt omentum, quod manu-  
um fit opera: deinde prohibendus prolapsus, quod fit fascia  
ſeu Peritoneum & medicamentis adſtrigentibus, quæ modo  
enumerata ſunt. Quod ſi hiſ non curetur, etiam per Sectio-  
nem curari poterit: quandoque enim Omentum naturalem  
longitudinem & pondus excedit, ut per ſe & ſua natura ſpon-  
te extenuetur ad fundum uſque imi. ventris, imo etiam non-  
nunquam ita præter naturam in testis tunica augetur, ut qua-  
tuor vel quinque librarum pondus pendeat. Tota enim pars  
omenti alioquin intestinis incumbens in mediocriter pingui  
homine vix libra aut ſemilibra pondus excedit, hinc Hernia  
Omental is curari nequit, niſi bona pars ipsius omenti reſe-  
cetur, pondere enim ſuo ſemper ad ſcrotum recurrit & de novo  
Ὀξεωνῆα producit. In propositis huic uſque remediorum ge-  
neribus, multi non acquiescant, ſed ut præ reliquis ſibi fa-  
mam, aſtimationem & divitias concilient, Diaboli auxilium,  
implorant eumque ab Orco ſuo revocant, & per Characteri-  
ſmos, & remedios, occulta proprietate per ſympathiam & an-  
tipathiam agentibus, Hernias curare volunt: item per amu-  
leta &c

Ieta & sancta verba; denique per Transplantationem, quem-  
admodum Vetula illa apud Thom. Bartolin. Aet. II. 164. quæ per  
Tiliam fissam *Oxenhoer* in puerò quodam curavit, simul ob-  
murmuratis quibusdam verbis. Verum Curationes hu-  
juscemodi cum frivole sint, nulloque naturalis veritatis  
fulcimento aut stabilitate nitantur, à peritoribus & sanio-  
rem doctrinam sectantibus viris, vanitatem, impietatemque  
hanc oppido notantibus, merito vel deridentur vel negli-  
guntur, & à legitima medicationum structura penitus exclu-  
duntur.

## CAPUT X.

### *De Fonte Diæteticō.*

Devolvimus nunc ad Fontem Diæticum, *Diæta* nomine  
intelligimus cum Hippocrate omnes res non naturales, qua-  
rum numero sex sunt, Aërem, Cibum, Potum, Somanum &  
Vigilias, Motum & Quietem, Excreta & Retenta, atque ani-  
mi *tabernacula*, quarum quidem aliqua si non rectè administren-  
tur, magis nocent aliis, omnes tamen in affectu nostro consi-  
derationem merentur. I. Quoad Aërem, tum eligendus erit  
*Oxenhoer* laborantibus moderate calidus, & vitandus frigi-  
dus, maxime circa partes affectas & pedes, quanquam etiam  
totius corporis respectus est habendus. Fugiant ergo nives &  
pluvias tempestuosas, imbræ & quasvis tempestates, ac ven-  
tos enorriter spirantes, & quæcunque vel caput, vel alias  
corporis partes humectare & refrigerare possunt. II. In Cibo  
observent ejus quantitatem, qualitatem, & ordinem. Sit ipsis  
Cibus moderatus, simplex, unius generis, minimè flatuosus,  
boni succi, concoctu facilis & tenuium partium. Hinc effu-  
giant tanquam pestem computationes & commissationes. Ci-  
baria pessima sunt lactucina, pisces, legumina, & olerum usus  
frequens, allia, cæpæ, rapæ, pastinacæ, & quævis in sartagi-  
ne frixa, quia humorem crassum gignunt, item caro porcina,  
bubula, castaneæ. Similiter abstineant a fructibus horatiis,  
præcipue autem uvis & pomis cujuscunque genere crudis.  
Coctis quidem vel assatis licebit uti, si venter non respondeat,

D

adjecto

adjecto fœniculi semine. Abstineant etiam relaxati ab omnibus cibis emollientibus. Præmittant alimenta *ευπεπλα δυσστέρως*. III. Potus ægrotantium debet esse moderatus, exsiccans & adstringens, vel austerus, vel saltem mediæ saporis, inde damnantur vina dulcia, crassa, nova, è contra vero laudantur, quæ contrarias qualitates obtinent: vel bibant cerevisiam bene defœcata, in qua decocta est radix *consolidæ majoris* exiguo adjecto saccharo ad saporem: hauriant & aquam ferratam, minime vero puram. IV. In Somno & Vigiliis considerent apb. 3. sect. 2. Hipp. ὁ πνοὴ, ἀγενπίν ἀφότερος τὸ μετεκμᾶλον γενέμενα κακά. V. Caveant sibi à quovis valido Motu & ab exercitiis validioribus, maxime repleto corpore, à véctatione equorum durius gradientium & ab ephippio angustiore, à stapedis longius productis. Quin omnibus modis non equitent, nisi necessitate coacti; idque non nisi equo paulatim prodiente & mollierter incedente, nec hoc post cibum aut potum; præsertim affluentius sumpta. Abstineant à coitu vehementiore aut intenso, neque ullo modo fiat post crapulam, satietatem, aut repletionem ventre pleno & distento: non retineant anhelitum, non ascendant subito vel descendant montes arenosos, nolint etiam venationi esse intenti. Si quando tussiendum erit, item quotiescumque alvus egerenda, maxime si ea durior fuerit, inguen oblæsum ipsis retinendum erit, atque utraque aut saltem altera manu adducendum, comprimentumque; si que quotidie beneficium alvi non habeant, suppleant id clystere, Pillulis aloeticis Francofurtens, aut de terebinthina, aut ♀ reis Quercetani, una hora ante coenam assumptis. Assumant quoque tamarindos, anisum laxativ. Augusti, possulas laxatas, mannam, cassiam vel aliquod Catholicon. Contra Quies ipsis sic maxime commendata, effectus enim illius satis constat exemplo sexagenarii illius Bernensis apud Hildanum. cent. 5. obs. 54. VI. Sibi bene prospiciant, ne alvi constipatione corripiantur; ne nimis petulanter semen profundant, quippe mirum in modum corporis vires dissolvunt. VII. De Animi pathematibus nozent, quod cum in optime sanis gravissima iocundamenta inferre valeant, ea sibi maxime nociva fore, dum sanguinem non uno modo commoveant, reliquasque corporis partes concutiant.

tiant : imprimis autem ab ira sibi caveant Castrati , ut & mulieres lactantes incisos puerulos , item à Consternatione ; Experiencia enim docuit , castratos ira concitatos , statim in febre vulnerarium , & spasmos convulsivos lethales incidisse , quemadmodum & infantulos lac sugentes post matrum contentiones aut consternationes .

## CAPUT ULTIMUM.

DE

### *Orceonians Curatione Magnetica.*

Disquisitioni nostri affectus Colophonem jam imponere possemus , nisi animus esset adhuc quædam passim apud Autores de Curatione Magnetica obvia considerare . Scribit autem de hac Curatione Pareus de tumor . contr . nat . l . 7 . c . 15 . Chirurgus quidam fide dignus narravit miki , multos à se hac arte curatos pueros . Magnetem in tenuissimum pollinem redigebat , & in pollenta exhibebat . Inde vero inguen qua precipitabatur intestinum , melle inungebat & subtili ferri limatura aspergebat , id genus remedii per decem , aut duodecim dies administrabat , parte de cætero fascia & subligaculo , ut decet constricta . Remediis illius efficacia ex eo pendere videtur , quod magnes insita à natura ferri , quod inguini aspersum est , attrahens cupiditate , impetu quodam violento carnosas & adiposas particulas interjectas sibi adjungit , quæ peritonai laxitatem undique comprimentes & constringentes , ino ex successu temporis hæsi tenaci ipsi se adjungentes , viam lapsu ro intestino vel omento intercipiunt . &c . Alii ramenta ferri tenuissimum in pollinem redacta haurire imperant , forinsecus autem ad partem affectam Emplastrum ex magnete contuso , ac è consolidæ radicibus confectum applicant , atque hac medicina , spatio ( si credere fas est ) octidui patientem , roto tempore resupinum se curare posse jaſtant . Verum Curatio haec Magnetica , quia incerta , foro Medico videtur indigna . In omnibus etenim productionibus naturalibus agens cum paciente sui requirit conjunctionem , vel immediatam , ( quæ contactu fit immediato ) vel mediata , quæ atomis mediantibus . Si mediata velint Curationis Magneticae Patroni , (immedia tam

nam enim non possunt in hoc negotio) per atomos eandem fieri attractionem, non possunt non admittere. Motus autem atomorum utique arguit inter agens & patiens certam distantiam & convenientem situm. Magnes enim non secus ac aliæ substantiae finitæ, non infinitam ferrum attrahendi potentiam obtinet, sed pro ratione magnitudinis & bonitatis suæ à natura sibi concessæ, scilicet quantum illa permittit, solummodo attrahit, & si ultra modum vel ordinarium pondus ipsi quid adjicitur de ferro, nihil amplius quicquam trahit, imo etiam insuper debilitatur. Et si enim omnes humani corporis partes permeabiles & conspirabiles sint juxta Hippocratem nostrum, vix tamen verisimile est atomos, quæ indesinenter à magnete effluunt, à ventriculo, vel intestinis, ad superficiem usque corporis exteriorem, in qua particulæ ferri latitant, deferri posse, inde ad interiora pelliciendas, corpori demum, à quo absesserunt, partes conjungendas. Magnes quippe eo modo cum pollenta interius assumptus, tunc temporis œsophagi lateribus adhæret, viscidae pituitæ, muco ventriculi naturali, recrementis, p. n. ut & alimentis, aliisve rebus, particulas illius intricantibus, commiscetur, quibus omnem quasi tractivæ virtutis efficaciam ob partium sese disponentium confusionem perdit, nullamque amplius directionem habet. Diximus autem pulverem magneticum nullam quasi attractionem habere, vel quasi tractive virtutis efficaciam perdere, ne attractionem omnimode negaremus. Sunt enim in tanta confusarum partium multitudine plurimæ partes, quæ polos suos recte polis Magnetis conformatos habent, & hæ particulæ ex se & sua natura vere & actualiter trahunt, sed ob summam cum debilitatem, tum aliarum partium inconvenientem dispositionem nullum attractionis effectum post se relinquunt: traherent autem particulæ, si convenientem situm haberent: nam corporis partium numerus, quas ea propter trajicere necesse habet, situsque irregularis pororum illarum non concedunt corpusculis illis mobilitate prædictis efformationem suorum radiorum. Præterea morbi curatio non solum in omenti aut intestini reductione consistit, verum etiam in peritonæi disrupti reunitione, relaxati vero constrictione

strictione, quæ mel inguini cum limatura ferri inunctum  
minime præstat. Nemo igitur Magnetici pulveris ope inte-  
rius assumpti, reductionem partium dislocatarum aut earum  
constrictionem, aut glutinationem speret, præprimis si  
sit Procidentia magna sive sit ex relaxatione, sive ex disrupti-  
one. Quod si itaq; pueri curati sint à Chirurgo illo, cuius men-  
tionem fecit Paræus, minime adscribendum est pulveri Ma-  
gnetis assumpto; sed ligaturæ, qua tunc utebatur, quæ so-  
la ut plurimum in juvenculis, affectum tollit. Confer. ea quæ  
supra c. 8. prolata sunt. Similiter errant & illi qui extrinsecè  
Emplastrum ex Magnete conuso cum mucilagine symphyii imponunt,  
intrinsece vero scobens ferri haurire precipiunt. Nam Magne te-  
nuissimum in alcohol redactus, mucilaginosis, resinosis,  
pinguisibus aliisque rebus succulentis permixtus, ceu ex  
quibus Emplastrum conficitur, invalidus & ifere nulla fer-  
rum alliciendi vi prædictus est, minime itaque corporis in-  
regumenta, ut & corporis illius tubulati varie circum vo-  
luti, juxta Joan. van Horn. Microcosm. p. 24. quod cum ventri-  
culo eandem substantiam, eandem temperiem, & calorem,  
habet, penetrare & ad ferri limaturam ventriculo inclusio  
pervenire potest, ibidem excitandas ferri latentes particulas.  
Denique cum Ratio & Experiencia, duo Medicinæ fulcra, ha-  
stenus Curationem hanc non confirmarunt, merito illam va-  
nam censemus. Inde rectissime Magneti pulverisati aut mix-  
to Emplastris omnem vim attrahendi ferrum derogat Vopisc.  
Fortunat. Plenip. l. 2. schol. ad magnet. in Abuali ibin. Tifna. pag. 195.  
Multi quidem varia exempla allegant, quibus probare co-  
natur vim tractivam pulveris Magnetici, imprimis autem  
Thom. Campanell. l. 6. Medic. c. 20. qui dicto loco affiat, En-  
terocele se, adsumpta ferri limatura, atque imposito Emplastro Ma-  
gnetico in se ipso curasse: facit hoc & Helmont. de Magnet. vulner.  
eurat. p. 597. item Dan. Becker. quest. 7. libr. de Russico quodam Prus-  
siano. culturivo, in quo plus æquo anxius & sollicitus de vi pul-  
veris Magnetici tractiva discurrit dicti libelli Autor. Certe  
tor verbis opus non erat, cum sola Experiencia totius rei diffi-  
cultatem tollere potuerit, hinc concludimus cum Clariss. Fa-  
cobi Pancrat. Brunon. in Dogmat. Med. General. part. 2. c. 6. quando

ita scribit: Neque nos movent quedam observationes que in contrarium adduci possunt. Sufficit pro nobis adduxisse è tripode dictum Cōfisiens illud. sc̄t. I. ἢ πεῖρα σφυλερῆ. Experientia periculosa. interdum quis credit, se unam candemque rem sapius expertum cum tamen non sit expertus. Quid? quod τὸ ἔαρ ἐτε μία χειρίδων ποιεῖ, ἐτε μία ὑψέα ut habet proverbium apud Aristot. I. Eth. 7. Expertitia, qua criterium debet esse actionum Medici, debet esse certa ratione firmata, sapius observata, teste Valeriola. Minime ergo nobis vitio vertendum, si observationes admiranda & rariores, præsertim in Curationibus, nobis quodammodo sunt suspecta, cum etiam bonus quandoque dormitat Homerus. Atque hæc pro ingenii tenuitate de Affectu nostro proposuisse sufficient. Quod si exesse non sit in omnibus à me satis factum, veniam à B. L. facilem spero. Tibi vero O TER SANCTE DEUS pro incessibili TUA CLEMENTIA & immensa BENIGNITATE, qua studiis meis hæc tuus ex alto benedixisti, SIT LAUS, HONOR & GLORIA, in sempiterna seculorum secula.

\*\*\*\*\*  
Hernia, si quicquam, corrupti corporis audit  
Monstrum, vel certè dedecus atque dolor;  
Corporis integri quondam, pulchreque creati,  
Ut solet omne suum rite creare Deus;  
Donec in hunc mundum peccatum venit, Adamo  
Præceptum Domini transgrediente sui;  
Et cum peccato quidquid sub nomine mortis.  
Censetur, sceleris debita poena sui.  
Tunc quoque poenarum species non ultima venit,  
Hernia, vindictam sic repetente Deo.  
Nam qua parte patens tumet hernia sèpe patrantur  
Crimina, supplicio crimina digna suo.  
Sic tamen est clemens Deus, ut medeatur, & ægros  
Curet chirurgi, qua valet arte, manu.

Hos

Hos inter numerat tua Dissertatio, FRATER,  
Te quoque, quod laudo, gratulor, atque precor!

*Eximio Dn. Candidato, Fratri suo uterino  
honoris & amoris ergo accinuit*

Baltasar Bebelius. S. Theol. D.  
& P. P.

*Ad Dn. Candidatum, Fratrem Germanum,  
de H E R N I A, pro honoribus Doctoralibus  
consequendis, Disputantem.*

**A** Bdita Naturæ lustrasse, omnesque recessus  
Scrutatum Studio, sollicitaque fide;  
Et Temet dulces tractasse Machaonis artes,  
Doctorum Cathedra publica testis erit.  
Nunc iteram monstras quid in hac profeceris arte,  
Conscriptas quando Tute tuere Theses.  
Applando merito: si cedant singula votis  
Prosperiora Tuis, uberiora meis.

M. Johannes Stieglerus,  
Ecclesiæ Patriæ ad D. Nicolai  
Pastor, & Cononicus Thom.

Præcellenti Dn. STIEGLERO, Medicinæ  
Candidato Dignissimo, Amico suo à Condiscipulari  
perdilecto.

**Q** UÆ sit durities; & quis miser HERNIA SCOTTI,  
Morbus; quare sit hec arte medenda; doces.

*Duriss*

Durum est, quod superas hic, ingeniumque probatum  
Das, scopulos thematis quo superare licet.  
Hoc solidum ingenium cum sit tibi dura } terendi;  
} ferendi;  
Spes est, felici vincere durā modo;  
Si que dura tibi vel pars adverfa reponit,  
Italia vel iter, quod tibi restat, habet.  
Scilicet ut nobis EX DURIS GLORIA surgat,  
Firmior hac alia te comitetur, age!

Ita Gratul.

Joh. Mart. d' Autel.

*All honore del Dottissimo Signore  
SAMUEL STIEGLERO.*

I.

SE miro il genio tuo Dotto Signore,  
Dico, che simil non hai da Battro à Tile,  
S' ammira il scritto tuo tanto sottile,  
Dico, che sei digno d' ogni altro honore:

II.

E mentre che canto qui con dubbie note,  
Vedo ch' ogn' un cede, ogni un preuale,  
L' uno al minor, l' altro al maggior è uguale,  
Mi son uostre virtù palese, e ignote.

C. Z.

F I N I S.












X 2615890

UDK





**ACADEMIA  
IRURGICA**

КНЛН  
SCROTI.

TE ARCHIATRO;  
DECRETO

*itiosissimi Ordin-  
Inclita ac Ce-  
ia Argentinensi*

arte Medica Pri-  
sritè obtinendis,

# MORE

*ventilationi exhibet*

# TIEGLER, NENSIS.

M. DC. LXXXI.

Olitis.

३८४

DRATI,

# LHELMI TIDEMANN!